Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35453
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Corpe stelle / Dicit Crisostomus quod
eadem stella fuit angelus
qui apparuit pastoribus quando natus
est dominus / ¶ Secundo quod quadruplex
est stella Inmutabilis Inestima-
bilis Imitabilis et Inhabitabilis
Et hec omnes stelle perducunt per
ductorem ad christum / si ipsas volt imi-
tari / Prima stella quam peccator debet
imitari est Inmutabilis / et significat
mariam matrem misericordie De hac stella
dicit propheta Balaam Orietur stel-
la ex iacob / Ista stella beata virgo
est magne excellencie / quod tota
trinitas in eam se infudit / nam pater in eam
se infudit suam potenciam / filius suam sapienciam
Spiritus sanctus suam bonitatem et misericordiam
Est enim potens nos ad adiuvan-
dum Ipsa enim potest nos adiuvare
in vita in morte et post mortem
Si quis haberet amicum qui posset
eum iuvare in vita esset bonus
amicus / qui autem possit eum iuvare
in morte esset melior / Sed qui post
mortem possit eum iuvare esset
optimus / Maria igitur potest nos iu-
vare in isto temporali statu Unde
cantat ecclesia Maria mater gracie
mater misericordie / Et primo beata virgo
maria adiuvat nos in vita Sed
in vita quosdam facit iustos / quosdam vero
peccatores / Iustos adiuvat per conser-
vacionem gracie graciam plus infun-
dendo / Ideo dicitur mater gracie / item
Secundo adiuvat peccatores in morte /
quod ipsos a dyabolo defendit / Dyabolus
est tante audacie quod non tantum ad
peccatores sed et ad sanctos venit quando
moriuntur / volens scire si aliquid
iuris haberet in eis ut patet in beato
Martino / Sed beata virgo quando mo-
ritur aliquis sibi devotus / ve-
nit ut a demonibus defendat eum
Et ideo subditur / Tu nos ab hoste pro-
tege / ¶ Tercio iuvat nos post mortem
huius exemplum habemus in vitis fratrum
/ quando enim homo sanctus moritur veniunt
angeli et animam eius in celum deducunt
sicut legitur in multis / Sed quando moritur
aliquis devotus beate virgini ipsa
ad eum venit et animam eius suscipit
et in celum deducit / Et ideo subditur
Tu nos ab hoste protege in hora
mortis suscipe / Istam stellam scilicet
mariam debemus invocare et ado-
rare ut nos perducat ad presepium
ihesum ¶ Secunda stella est inestima-
bilis et significat ipsum christum qui de
ipso dicit apocalipsis Ego sum stella ma-
tutina splendida / quia omnibus
splendet misericordia sua / querentibus eum
Dicitur autem stella matutina quia
a principio sua usque ad vesperam se-
nectutis nostre / manus eius extente
sunt super nos / ut misericordiam suam no-
bis largiatur / Necesse est ut hanc stel-
lam sequamur et ipsam bonis operibus
sequamur Sicut enim porte nobilium
patent in die et nocte clauduntur
Sic manus domini ad tribuendum